



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118510

§. 85. Canon librorum S. Scripturæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66615)

suboviri possit, quinam sint, qui ab ipsa Synodo suscipiuntur. Sunt vero infra scripti. Sæcul. XVI.
A.C. 1546.

§. LXXXV.

Canon Librorum sacrae Scripturae.

Testamenti veteris, quinque libri Moysis, id est, Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium; Josue, Judicum, Ruth, quatuor Regum, duo Paralipomenon, Esdræ primus, & secundus, qui dicitur Nebemias, Tobias, Judith, Esther, Job, Psalterium Davidicum centum quinquaginta Psalmorum, Parabola, Ecclesiastes, Canticum Canticorum, Sapientia, Ecclesiasticus, Isaias, Jeremias cum Baruch, Ezechiel, duodecim Prophetæ minores, scilicet Osee, Joel, Amos, Abdias, Jonas, Michæas, Nabum, Habacuc, Sophonias, Aggæus, Zacharias, Malachias, duo Machabæorum, primus & secundus. Testamenti novi, quatuor Evangelia, secundum Matthæum, Marcum, Lucam, & Joannem: Actus Apostolorum a Luca Evangelista conscripti, quatuordecim Epistolæ B. Pauli Apostoli, ad Romanos, duæ ad Corinthios, ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippenses, ad Colossenses, duæ ad Thessalonicenses, duæ ad Timotheum, ad Titum, ad Philemonem, ad He-

Sæcul. XVI *Hebræos; Petri Apostoli dua; Joannis*
A C. 1546. *Apostoli tres; Jacobi Apostoli una; Ju-*
da Apostoli una, & Apocalypsis Jo-
annis Apostoli. Si quis autem libros ipsos
integros cum omnibus suis partibus, pro-
ut in Ecclesia Catholica legi consueve-
runt, & in veteri vulgata editione ha-
bentur, pro sacris & Canonicis non su-
sceperit, & Traditiones prædictas sciens
& prudens contempserit, anathema sit.
Omnes itaque intelligant, quo ordine &
via ipsa Synodus post jactum fidei confes-
sionis fundamentum sit progressura, &
quibus potissimum testimoniis ac præfidiis
in confirmandis dogmatibus, & instau-
randis in Ecclesia moribus sit usura.

§. LXXXVI.

Alterum Decretum de editione &
usu sacrorum Librorum.

Labbe Coll. *Alterum Decretum agit de editione &*
Concil. p. 747 *usu sacrorum Librorum, atque est*
hujus tenoris: Eadem sacrosancta Syno-
odus considerans, non parum utilitatis
accedere posse Ecclesiæ Dei, si ex omni-
bis Latinis editionibus, quæ circumfe-
runtur, sacrorum librorum, quænam pro
authentica habenda sit, innotescat, sta-
tuit, & declarat; ut hæc ipsa vetus &
vulgata editio, quæ longo tot sæculorum
usu in ipsa Ecclesia probata est, in publi-
cis